Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de præsumpt: Regula. 3. præsumpt. 28. n. 2. Vers: Et idem credo Euerhard: in ē. d. loco a tempore. ad tempus. Vs. sextum prope finem. Borchold. de feud: cap. 4. n. 5. & alij. Hic autem primus rei status repugnet præsenti statui, cum quælibet res præsumatur libera, & sic etiam allodialis passim Dd. tamen si ex inuestitura aliqua constet rem antea fuisse in feudum concessam (: etsi non constet quibus, & quo tempore :) tunc feudum ex præsenti tempore præsumitur in præteritum, quod scilicet sit antiquum ut nouissime tradit Menoch. iam supra citata. præsumpt: 93. n. 7. Vs. secundus est casus & alij supra citati.

Ad qui in præsenti casu nostro ex inuestitura Anno. 1406. data, apparet istas res fuisse in feudum antea, & quidem non vni, sed pluribus concessas. Ergo præsumitur easdem etiam retrò & antiquitus feudales fuisse, donec ex aduerso alia recentior origo

horum